



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

397. De peculiare servorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

180 R E G I N O N I S L I B. I.  
si quilibet servus dominum suum fugiens vel latitans , aut adhibitis testibus munere conductis vel corruptis , aut qualibet calliditate vel fraude , ad gradus ecclesiasticos pervenerit, decretum est ut deponatur , & dominus ejus eum recipiat. Si verò avus aut pater ab alia patria in aliam migrans , in eadem provincia filium genuerit , & ipse filius ibidem educatus & ad gradus ecclesiasticos promotus fuerit, &

\* Sirmond. ignoratum fuerit. Codex no- ficer veteris igno- utrum servus sit \* ignotum sit , & postea ve- niens dominus illius legibus eum adquisierit, fanicum est ut si dominus ejus illi libertatem dare voluerit , in gradu suo permaneat. Si verò eum catena servitutis à castris dominicis abstrahere voluerit , gradum amittat ; quia juxta sacros canones vilis persona manens sacerdotij dignitate fungi non potest.

#### De peculiare servorum.

Lib. 1. Capitular. c. 88.  
Burchard. lib. 2. c. 23.  
Ivo par. 6. c. 38.

C C C X C V I I . De rebus verò illorum vel peculiare qui à dominis propriis libertate donantur ut ad gradus ecclesiasticos jure promoteantur , statutum est ut in potestate dominorum consistat utrum illis concedere an sibi vindicare voluerint.

#### De peculiare ordinatorum.

Lib. 1. Capitular. c. 88.  
Burchard lib. 3. c. 122.

C C C X C V I I I . Ceterū si post ordinationem aliquid adquisierit , illud observandum est quod in canonibus de consecratis nihil habentibus constitutum est.

#### De servis Ecclesiarum.

Lib. 1. Capitular. c. 88.

C C C X C I X . De Ecclesiarum verò ser-